

## DEDICATORIA.

publicam: sed & nos ipsos merita, ut si omnia, quaecumq; possemus, pro dignitate Vestra impenderemus, ne minimam tamen eorum partem videremur assecuti. Quod enim nos ambos coniunctim, & singulos seorsim attinet, summa in nos Vestra sunt beneficia. Me sanè quod attinet, animus meus mihi testis, quantis beneficiis me à Vobis affectum semper senserim, atq; etiamnum piis pro Vobis, Vestraq; salute votis apud Deum id profitear. Protinus enim ac huc in Urbem Vestram, sic Deo gubernante, ac voluntate Vestra præter opinionem meam, indignus & tantæ rei gerendæ impar, ad Ecclesiæ Ministerium sum vocatus, me beneficiis Vestris abundè cumulare cœpistis, atq; deinceps etiam in hodie-